



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacramentum Ordinis**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Caput IV. De armis non gestandis, lusu alearum, chartarum, & c.  
venatione non facienda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42240**

cati mortalis, si in vertice nul-  
lum vestigium coronæ appa-  
reat per sex vel octo hebdo-  
madas ; quamvis omnes hor-  
tandi sint, ut propter reveren-  
tiam sacri Ordinis & status  
sui, eam singulis mensibus re-  
novari faciant. Cujus ratio est,  
quia ex longiori coronæ ne-  
glectu nemo facile graviter  
offendetur, aut scandalizabi-  
tur, sicuti foret, si in habitu o-  
mnino profano incederet pu-  
blice, per plateas & vicos.

CAPIT IV.

*De armis non gestandis, lusu a-  
learum, chartarum, &c. vena-  
tione non facienda.*

**E**Xcusari à culpa nō poterit  
Clericus, qui clericali habi-  
tu indutus, absque rationabili  
& justa causa, aut legitima con-  
suetudine permittente, arma  
gestat. Quia communis populi  
persuasio est, arma non decere  
statum & habitum clericalem;  
unde etiam usus armorum  
Clericis

Utrum lici-  
tum sit Cle-  
rico gestare  
arma.

Clericis prohibetur in cap. Clerici & Clem. 1. de vita & honestate Cler. Putá: que Felin. cum aliis, Clericos arma deferentes posse affici pœna excommunicationis. V. Bon. Disp. 8 de Ord. q. unic p ult. &c. Aut qui frequenter & publicè cum scandalo populi contra prohibitionem Canonum cap. Clerici de vita & honestate Clerici &c. Ludit lusu alearum, taxillarum, chartarum aut simili, qui magis fortunâ quam arte & industria regitur. Dixi cum scandalo populi, quia hi Canones non censentur recepti in summo rigore, nisi ludatur cū scandalo proximi. Less. l. 2. c. 26. dub 1. Laym & alii. Imò habet Dian. pro certo. p 7. tr 9. ref. 3. cum Amico, non dissentiente Dicast. Trull. &c. Huic prohibitioni ita per contrariâ consuetudinem derogatū esse, ut Clericus non peccet, si præcipuè recreationis gratia & simul pro lucro moderato, attentâ qualitate & facultate personæ

Item lude-  
re lusu ale-  
arum, &c.

personæ ludentis, ludat ludis  
 prohibitis, idque vel maximè,  
 ut notat Laym. Si consuetudo  
 loci eos permittat, & quodam-  
 modo cohonestet. Vel denique  
 qui frequenter & cum <sup>Aut deniq;</sup>  
 scandalo proximi venationem <sup>venari.</sup>  
 instituat, præsertim illam, quæ  
 dicitur clamosa, id est, quæ fit  
 cum armis, tumultu, canum  
 clamore, cum hæc utpote non  
 satis decens statum clerica-  
 lem, & animum à spiritualibus  
 multum avocans, Clericis  
 prohibita sit. *C. quorundam dist.*  
*34. & c. 1. de Cleric. venat.* Et à  
 Trid. *Sess. 24. c. 12. de reform.*  
 Hujusmodi tamen venatio per  
 se loquendo non erit mortua-  
 lis, nisi fortè aliam malitiam  
 per accidens v. g. gravis scan-  
 dali &c. adjunctam habeat, ut  
 docet Mol. *disp. 44.* Cajet. Sa  
 &c. Imò attentis circumstan-  
 tiis loci, personæ, consuetudi-  
 nis, nequidem erit venialis, si  
 rarè & moderatè fiat, idque  
 ex rationabili causa v. g. ne-  
 cessitatis vel exercitii corpo-  
 ralis,

ralis, aut honestæ recitationis.  
 V. Laym. *L. 3. tr. 1. c. 15.* Sylv.  
 & alios. Dixi illam, quæ dicitur  
 clamosa. Nam quieta, quæ fit  
 cum retibus, laqueis, paucisq;  
 canibus, modò rarò fiat, non  
 est prohibita Clericis, ut do-  
 cet Medin. *Q. 12. cap. de rest.*  
 Sylv. & c. V. Less. *Lib. 2. cap. 6.*  
*dub. 8.*

---

## CAPUT V.

### *De negotiatione Clericis prohibita.*

Clericis in  
 maiore Or-  
 dine consti-  
 tutis non  
 est licitum  
 negotiari.

**C**Lericis in Majoribus con-  
 stitutis severè, idque sub  
 mortali prohibita est negotia-  
 tio, maximè si multa & fre-  
 quens sit: utpote multorum  
 peccatorum periculis exposi-  
 ta, valde distractiva, adeoque  
 statum Clericalem parùm de-  
 cens cap. *Consequens, dist 88 & c.*  
 Ita DD. comm. nisi fortè ne-  
 cessitas quempiam excuset, ut  
 quia aliter se alere nequit.  
 Nav. *Lib 3. cons 3.* Laym. & c.  
 Dixi si multa & frequens sit,  
 quia